

Thomas Lindemann

**Programma Quo Ad Exequias Quas ... Sophiae Elisabethae Steinbringks Vir ...
Dn. Bernhardus Clingius, huius Reipub. Consul ... viduus moestissimus coniugi
desideratissimae adornatas expetit : Omnes ordinum cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77467198X>

Druck Freier  Zugang



Lindemann, Th.
in S. E. Steinbrinck,
uxor B. Klinge.

Rostock 1632.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77467198X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77467198X/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77467198X/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77467198X/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA

Quo

Ad Exequias

Quas

*Matronæ mellitissima omnium virtutum
sexum fæmineum decorantium laude
conficiæ*

SOPHIAE ELISA-
BETHÆ Steinbringfæ
VIR

Amplissimus Prudentissimus

Dn. BERNHARDUS CLINGIUS,
hujus Reipub. Consul meritissimus vi-
duus mœstissimus conjugi desideratissimæ
adornatas expedit.

*Omnium ordinum cives Academicos pera-
mancer & officiosæ invitati.*

RECTOR

Academie Rostochiensis

T. A. LINDEMAN

D. & Professor



ROSTOCHI

Type Johachimi Pedani Acad. Tz.

ANNO M. DC. XXXII.


RECTOR
Academiæ Rostochiensis
THOMAS LINDEMAN
J. U. D. & P. P.

Eminam nisi ex Viri costa
conditam esse sacer codex nos
edocuisset, divinitus nobis in-
geniti bonaे mentis characteres
sufficierenter impressissent. Tam
vehemens enim viri & mulieris
naturae ingenitus est ardor & a-
mor, ut semel junctorum animas
in duobus corporibus habitantes binas, divina Meta-
morphosi in uiam consolidet, ex pluribus ossibus u-
num, duo in carne una efficiat. Unde Immanuel no-
ster amorem suum erga genus humanum sub imagine
sponsi & sponsae in verbo suo nobis adumbrat. Ut e-
nim ex Adam dormientis costâ Eva exstructa; ita ex
Christi in cruce obdormientis latere & inde proma-
nante sanguine ex edificata Ecclesia, syncerasponsio
& fide sposo suo jungitur. Quo respiciens Oseas,
Desponsabo te mihi, inquir, in æternum, desponsabo
te mihi in justitia & fide. Hujus Spiritualis amoris
quoties vir uxori foedere jungitur conjugali, recorda-
ri debet, cuius efficiaciam Modestinus noster verbis
prægnantibus describit, dum conjunctionem talem,
consor-

consortium omnis vitæ & communicationem divini
& humani juris appellat. Ejusdem vehementiam &
sinceritatem amor Patriarcharum, Abraham & Saræ,
Isaaci & Rebæccæ, Jacobi & Rachelis, Davidis & Abi-
gail &c. Item ex prophanis, Penelopis & Ulyssis, Ad-
meti & Alcestidis. Laodamejæ & Protephilai, Lucre-
tiæ & Collatini, Tyberij & Corneliae, Hypsicrateæ &
Mithridatis, & infinita alia Exempla repræsentant.
Effectus ejusdem saepe extiterunt mirabiles. Quo e-
nīm caduceator nullus penetrare valuit eò amor hicce
se occultā vi insinuans seditiones composuit, bellicos
motus sopivit & pacem reduxit, stabilivit. Hoc a-
more mediante, Cadusius seditiosissimos Cares ad con-
cordiam flexit; Ejusdem efficaciâ Cyrus Chaldæos si-
bi inimicissimos placavit, Alexander Asiam Europæ
junxit, & res desperatissimas sæpè restituit. Amor
hicce muliebri sexui privilegia eximia peperit. Quis
enīm, inquit, Justinianus, uxorum non misereatur pro-
pter obsequia, quæ maritis præstant propter partus pe-
riculum & liberorum educationem. Hinc Censorius
ille Cato, inter leges Censorias hanc vel maximè no-
bilem sanxit, quā cavit, ut, si quis honestæ foeminæ
manus inferret non secus ac si Dearum simulachrum te-
merasset, puniretur. Darius Persarum Rex Uxorem
suam immortalem esse optabat, ast voto hoc cum o-
bitu inopinato cecidisset, Democritum ad eam morti
eripiendam accersivit; Verum prævaluit Lex JEHOVÆ,
omnis caro fœnum & semel peccati stipendum sol-
vendum. Sive enim corpus sub purpurâ sudarit, are-
scet in pulverem, sive sub divitijs suspiravit, attenua-
bitur in cinerem, sive sub vililinteo ingemuerit, in pu-

torem laxabitur. Certè, si castitas, pietas, amore con-
jugalis, ulla vel privilegia vel alexipharmacæ, Parca
violentiam declinare potuissent, Matrona lectissima
Sophia Elisabetha Steinbringf, cui hodie exsolvi-
mus, immortalitate digna, à latere Mariti dulcissimi
Viri Amplissimi & Prudentissimi Dn. *Bernhardi Clingi*,
Consulis meritissimi divulsa, nunquam fuisse.
Euri-
pedes dubitabat, an vivere sit mori, vel mori vivere.
Nos Christiani, qui mortem ad vitam transitum esse
novimus, mortem pro privilegio merito reputamus.
Quod perpendens viduus moestissimus, in Divinâ
voluntate acquiescat.

Nata est autem ~~paracelsus~~ nostra, parentibus hone-
stissimis & præclaris Patre Viro Amplissimô & Spe-
ctatissimo *Henrico Steinbringf* Divi HINRICI JULII Du-
cis Baunsvvicensis, castrorum & præfecturarum gene-
rali præside, etiamnum superstito, fermè in meta vitæ
nimirum anno 78. constituto, filiæ tenerime dilectæ
obitum acerbissimè lugente. Matre matrona hono-
ratissima *Anna von der Lippen*. Avum pie defuncta lau-
davit *Henricum Steinbringf* aviam *Annam Kochiam*. Ma-
iores tam Paterni quam Materni stemmatis summæ
dignationis & auctoritatis Viri fuerunt, & domui il-
lustrissimæ Ducum Brunovicenium continua quasi se-
rie & successione, perennante gratia, rara felicitate, fi-
deles operas, in honoratissimis officijs præstiterunt.
Avunculum habuit *Christophorus* & *Georgium Burchardum von der Lippen*, viros muneribus publicis claros,
Fratres & sorores numeravit sedecim, Ex quibus Fra-
ter unus *Wernerus Franciscus* Vir juvenis arte & Marte
pollens sub vexillis Electoris Saxoniæ Duce Barone
ab

ab Hoefflinchen nunc militans Pragæ residens, & una So-
ror Dorotheæ Elisabehe nupta viro Reverendo & Litera-
tissimo Dn. Georgio Wilhelmo Probst Cæsareæ secularis
Abbatiae Gandersheimensis Seniori, hereditario in
Rimroda superstites sunt; Reliqui partim infantili, par-
tim juvenili ætae fatis cesserunt. Ex hac tam gene-
rosa stirpe pie defuncta progenita, non potuit non es-
sed eidē *Yvngia* imo æmula, prout ingenitæ animi dotes,
à primis unguiculis in eâ emicuerunt & cum annis suc-
creverunt; Unde postquam à Parentibus primitus
Sponso Immanuele per lavacrum regenerationis de-
sponsata & successu temporis in schola pietatis, casti-
tatls, omniumq; virginalium virtutum probe informa-
ta esset, Tertullianum ornatum induit, oculos nimirum
pinxit verecundia, manus laboribus assuevit, corpus
serico probitatis, byssò sanctitatis, purpura castitatis
amicijt. Ex hoc ornatu elucens splendor latere ne-
quijt, sed honesta percrebrescente fama, Pegaseo qua-
lit volatu, penetrans, huic virginî nubili factæ procos,
non Penelopes fugos, sed forte Rebeccæ Nausicaæ
vel Laviniae, præclaros amatores & admiratores conciliavit.
Circa idem tempus viduus nunc mœstissi-
mus Dn. Bernhardus Clinge, ex obitu dulcissimæ primæ
conjugis Agnetæ Brüden viduum premebat lectum, in
hoc luctu constitutus curas dilutum, animi causa in Du-
catum Brunsvicensent cum sororis suæ Annae virginum
tunc temporis coronæ, sponso, Viro Magnifico Con-
sultis. Dn. Theodoro Busio, arctissimo amicitiaæ foedere
sibi juncto postmodum Rcgiae Majestatis Daniæ Con-
siliario & per Holstiam Cancellario, affine & amice
nostro fido & sincero, ante paucas septimanias Eheu!

nobis præmatura morte erepta) excurrit, ubi cum for-
te fortuna in ~~uangelium~~ nostram incidisset, ejusdem a-
spectu, gestu, virtutibus, quasi perculsus proxeneta
Dn. *Bussio* virginis consobrino, & procinovi Oreste, ad-
eā amare & ambire cepit, ac haud dissiculter exhibita,
Anno 1612. huc deductam 25. Maij eodem cum D. *Bussio*
ejusq; sponsa (ceu fratre novo accito) instituto actu
nuptiali, sibi matrimonio copulavit. Secundum hoc
ce connubium secundante JEHOVA secundum, fœcun-
dum, jucundum tranquillum adeoq; beatissimum est
expertus. Siquidem pater factus undecim librorum
Bartholomæi, *Bernhardi*, *Joachimi*, *Anne Margaretæ*,
Hinrici, *Sophia Elisabethæ*, *Agnetæ*, *Johann Wilhelmi*,
Margaretæ Elisabethæ, *Dorothæ Maria*, & *Anne Sophia*,
quorum octo ad beatas sedes, antequam hujus mundi
sordibus inquinarentur præmissi sunt *Joachimo* & *Hin-
rico* eximiae indolis, & magni spei juvenibus, & *Anna*
Sophia superstribus, In numerosâ hac prole pie ac se-
dulo educanda, nulli labori & molestiæ mater peper-
cit. Sed exemplo Grachianæ Conjugis liberos veluti in
gremio suo efformavit, thesauros pretiosos reputavit,
quos tam magna ex parte deinde repetitos, ceu mutuum
divinū creditori JEHOVÆ magnâ constantiâ, ast Christia-
na Lubentia reddidit; Oeconomia singulari industria
prefuit, familiæ suæ ceu altera Andromache regula vitez
fuit, cū Phydiacâ venere cochlear domesticæ se inclu-
sit; In Marito colendo Eviden Pantheam vel Arme-
niam adæquavit, in eundem oculos defixos habuit, ab
eius nutu pependit, adeo concorditer cum eodem vi-
xit, ut unam mentem in duabus divisam fuisse credi-
deris; Prospera & aduersa forti & patienti animo per-
tulit,

tulit. atq; ita vitam composita, ut virtutes omnes quæ
in honesta matrona requiruntur. in hujus pectore do-
micilium metatæ viderentur. Maritus hinc ab omni
cura œconomica liber, pnblicis negocijs vacabat. Ast
postquam moles laborum consulatu ei aggravata es-
set, adeoq; adjutorio suo vel maxime egeret, ecce
Jenova columnam hanc domus concutere cepit & co-
stam hanc Clingianam mellitissimam continua febri
cum $\pi\epsilon\Phi\alpha\lambda\alpha\lambda\gamma\alpha$ conjuncta corripuit, quam repreme-
re & excutere licet maritus ope & Consilio Medico-
rum omni conatu annis fuisse fuerit, illa tamen ultimum
terminum (quem jam antè integrâ valetudine, circa
hoc anni tempus decursurum præsagierat,) appropin-
quare præsentis cens, terrenarium rerum curam peni-
tus obiecit, non Æsculapij panchreston sibi submini-
strari petijt, sed spenso suo cœlesti, novo conjugio
copulari desiderans, animæ medicum acciri jussit, cum
eo de contemptu mortis & mundi & æternæ vitæ gau-
dijs masculè & pientissimè differuit, ex profundis Je-
novæ auxilium imploravit & salviſco Alexipharmaco
sanguinis & corporis CHRISTI animam, ex hoc gurgu-
stio in cœlestem patriam properantem, pastam, & tu-
tissimo seuto aduersus Satanicos insultus munitam, in-
ter continuas preces gemitusq; creatori & Redemptori
suo reddidit. Dura hæcce animæ unius in duobus cor-
poribus dichotomia: nec enim summam tantum cu-
tē dolor inde nascens rumpit, sed pectus & viscera, te-
stè Senecā ad Helvium, dividit, & per ipsas cicatrices,
quarum nova obitu sororis, viduo nostro inficta est,
percutit. Ast si affectibus suppressis vulnus hoc æsti-
metur, non infortunium sed solatium reputabitur.

Sub:

Subducta est enim pie demortua ærumnis præsentibus, quæ instar diluvij totam Germaniam hoc tempore fataliter inundarunt, reposita est quieti quam uilla turbæ interpellant, restituta est illi paci quam ardentissimis votis Patria nostra afflctissima suspirat, delata est in illum portum, quem nulli Aquilones, nulla frigoris asperitas, pyratarumve direptio infamat. Hanc felicitatem noli animulæ tuæ, Affinis honorande, invidere, quin potius Paulinum illud 2. ad Corinth. 5. tibi & huic malo leniendo piè applica: Scimus, si terrestris domus hæcce dissolvatur, quod edificium nobis à Deo exstructum sit, non manu factum, sed in cœlo æternum, nam in hoc ingemiscimus habitationem quæ in cœlo est superindui cupientes &c. Porro exuviae piè defunctæ non sacrificia solemnia, non corollas, vel cupressus, sed pias Exequias à vobis, Cives Academici, contendunt, Easq; ut agamns vidui mœstissimi in Academiam benemerita nobis imperant. Cum itaq; sacro huic Exequiali hodierni diei hora media prima dieta sit, Rogo & moneo omnes Academiac cives nt frequentes confluant, pijs Manibus honorem debitum exhibeant, & non tantum Sortis humanæ memores mori discant, sed & ut in pace nobis mori liceat Deum orent. Romani teste Jcto Mensis Jan. statis diebus votis privatis peractis, pro Magistratu summo & conservatione status publici, sacrificia Dijs destinabant. Nos cum videamus & quotidie audiamus, Imperij Romanii cardines undequaque concuti JEHOVAM qui claves belli & pacis manu suâ gerit, merito ardentibus invocamus precibus, ut motus bellicos bonis conditionibus sopiat, Principes nostros Illustrissimos, & nos sub eorundem quasi alis protegat ac defendat P. P. Rostochij II. Januarij Anno 1632.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77467198X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77467198X/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77467198X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77467198X/phys_0016)

DFG

ab Hessischen nunc militans Pragæ rex
 ror Dorothea Elisabebe nupta viro Revere
 tissimo Dn. Georgio Wilhelmo Probsti
 Abbatiae Gandersheimensis Seniori
 Rimroda superstites sunt; Reliqui par
 tim juvenili ætae fatis cesserunt. Ex
 rosa stirpe pie defuncta progenita, no
 sed eidē *vix* *ca* imo æmula, prout inge
 à primis unguiculis in eâ emicuerunt &
 creverunt; Unde postquam à Pare
 Sponso Immanuele per lavacrum re
 sponsata & successu temporis in scho
 natls; omniumq; virginalium virtutum
 ta esset, Tertullianum ornatum induit,
 pinxit verecundia, manus laboribus a
 ferico probitatis, byssò sanctitatis, p
 amicij. Ex hoc ornatu elucens splen
 quijt, sed honesta percrebrescente fan
 trivolatu, penetrans, huic virgini nub
 non Penelopes fugos, sed sorte Rel
 vel Laviniae, præclaros amatores & ad
 ciliavit. Circa idem tempus viduus
 mus Dn. Bernhardus Clinge, ex obitu d
 conjugis Agnetæ Breden viduum preim
 hoc lucu constitutus curas dilutum; ar
 catum Brunsvicensem cum sororis suæ
 tunc temporis coronæ, sponso, Viro I
 fultis. Dn. Theodoro Busio, arctissimo
 sibi juncto postmodum Rcgiae Majest
 siliario & per Holsatiam Cancellario
 nostro fido & sincero, ante paucas se

A - 33



a So
 tera
 ularis
 io in
 par
 gene
 n ef
 otes,
 suc
 hitus
 s de
 casti
 rma
 irum
 rpus
 itatis
 e ne
 qua
 cos,
 sicaæ
 con
 tissi
 imæ
 r, in
 Du
 num
 Con
 dere
 Con
 nice
 heu
 obiss